



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

Vtrum mutuare vetus frumentum, vt postea nouum reddatur, vsura sit, &
vt periculum vsuræ quis in hoc casu euadat, quid eum facere oporteat.
Cap. LXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

sumus immemores principalis à principio motę questio-
nis, vtrum anticipata solutione, liceret triticum, aut mer-
ces, aut fructus minoris emere, iam tandem per hanc re-
sponsiuam conclusionem ad eam respondemus.

¶ Sit igitur responsiva conclusio, licitum est anticipa-
ta solutione triticum vel fructus terrę colligendos, sicut
& alias merces emere, si tamen emptor huiusmodi, arbi-
trio boni viri, æquali se exponat aleę perdendi, sicut lu-
crandi, vt si verbi gratia, qui anticipatę soluit 7. argen-
teos pro mensura tritici, probabiliter credens tempore
traditionis eęque posse ascendere, & descendere in valore,
si anticipatę soluit 7. pro modio, & postea tēpore messis,
quo traditur, valet modius 10. sine scrupulo illum recipit:
quando à principio pro eo soluendo 7. verisimiliter cre-
debat, quod sicut in valore tempore traditionis poterat
crescere ad 10. quę sunt tria supra 7. ita poterat decrefce-
re ad 4. quę in tribus deficiunt à 7. Patet, quia iste à prin-
cipio in tuto non se posuit. Vnde ille alius contractus per
professores alterius ordinis aliquos approbatus, meritō
per consules regios fuit reprobatus, quia præterquā quod
contra pragmaticam nitebatur contrahens, quia emebat
vt reuenderet triticum, obseruatis de facto circumstantiis
temporis, quia grassabatur inter Indos agrorum benefi-
ciatōres pestis, & quia sterilitas temporum ingruerat, in
tuto se collocauit lucrandi, & extra aleam perdendi, licet
contractus ex forma verborum, & ex tenore scripturę
appareret iustificatus.

¶ *Virum mutuare vetus frumentum, vt postea nouum reddat-
ur, vsura sit, & vt periculum vsurę quis in hoc casu enadat,
quid eum facere oporteat.*

C A P. L X X V.

Porro cum de tritico anticipata solutione empto di-
xerimus, de venditionibus ad creditum, deque fru-
menti mutuacionibus, necessitas materię nos hic quoque
habere verba compellit.

¶ Adiciimusque cum Nauarro^a hoc notatu dignum
documentum, scilicet quod licet emptio tritici, aut vini,
aut olei, alicuius prædij ante messem, vel vindemiam mi-
noris

^a Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
217.

H. Pars. F.L. Lopez instr. Conse.

G noris

noris ob anticipatam solutionem, quam collecta sunt re-
 litura, secundum Panorm. ^b vsuraria sit, & vsuraria non
 fit talis emptio sicut dictum est, si equo pretio licet mu-
 ri, ob periculum, si cui subiciuntur emere, tamen in
 casu quo ob periculum minoris emere licet, non inter-
 an ematur determinate triticum talis agri, aut vitum
 his vineæ, aut cum facultate deligendi triticum talis agri,
 aut eligendi vinum talis vineæ vt libuerit: modo quod
 æquum fuerit plus ob illam optionem soluat, & sic quod
 Gabriel, ^d & quod alij scribunt, intelligendum est.

^d Gabriel
 in 4. d. ff.
 de q. 2. art.
 2.

¶ Iam verò vtrum in mutuati-
 ne frumenti veteris, vt
 nouum frumentum reddatur, vsura sit, vsuræque interuo-
 niat dicere nos hic locus exposcit, quia videtur inueniri
 hoc cum vsura coniunctum esse. Nam hæc de causa mu-
 tuantes in Hispania malè audiunt cum nota nominis in-
 famis, scilicet *renoueros* appellantur. ¶ In oppositum est
 quia Nauarrus ^e in aliquib⁹ casibus eos videtur exculare.

^e Nauar.
 Sum. Lat.
 cap. 17. m.
 224.

¶ Igitur quæstio vt resolutione debita non careat per
 hæc succincta notabilia respondendum duxi. Primò dici-
 mus mutuae frumentum tempore collectionis, & melius
 scilicet Augusti tempore, vt postea in Maij mense, vbi ma-
 gis valebit, soluat in grano, & non ante est vsura, si
 erat vsque ad tempus Maij, tale frumentum seruaturus,
 & sic seruatum tantumdem erat ibi valiturum. Secus si
 seruaturus. Paret, quia hoc stabilitur, cap. nauiganti de vi-
 ris, vbi dicitur quod licet accipere pretium, quod valde-
 res pro tempore, ad quod erat seruanda, sed in hoc casu
 sic contrahere non licet non seruaturus, nec etiam serua-
 turo si tantum suum triticum, si, ut nouum non sit valiturum.

¶ Secundò dicimus, quod vsura non caret mortuus
 alicui triticum vetus, cum pacto, vt alterum tantum libe-
 recens restituat sciendo recens melius, & maioris pretij
 fore, quam suum tempore mutui, & solutionis, ita Sylue-
 ster, ^f ita Nauarrus loco citato, & maxime dicit hoc habere
 re verum, quando mutuans mutuatario libertatem solue-
 di quando libuerit, adimit, & obligationem soluendæ
 cens frumentum, pro mutuato vetere imponit, quia resolu-
 ratione mutui recipit lucrum.

¶ Sed queritur vtrum si mutuans mutuet suum triticum
 cum vetus pro recenti, non causa lucri, seu vitandi dano,
 ne libe-

ne sibi corruptatur, an tunc erit usura, vel non sic mutuasle pro hoc dicimus cum Nauarro vbi supra non esse usuram, si principaliter quis mutuet suū triticū, ne corruptur si valet vel valebit tanti, vel plaris tempore mutuationis vel solutionis quam triticum recens sibi soluendū. ¶ Quod contingere potest fieri licite in tribus casibus sibi à Nauarro memoratis. Primò quando est maior penuria eiusmodi tritici quando mutuò datur, ideo tēpore mutuationis magis valet quam recens tempore mellis reddendū, vbi quia eius magna suppetit abundātia, minus valet. ¶ Secundò quando quia vetus triticum, siccius est recenti, ideo ex veteri sic mutuato, plus quam ex recenti pro eo soluendo, capit mensura, tunc mutuasle vetus pro recenti, non erit usura. ¶ Tertio etiam usura carebit sic mutuasle quādo verus triticum pro recenti mutuati plus valet, quia substantia eius est melior, quam substantia recentis. Imò ve bene subnotauit ibi Nauarrus non peccaret mutuator tritici veteris, qui faceret pactum, vt plus tritici recentis, quam mutuati est, reddatur dū verisimiliter non valeat plaris illud plus recens restituendum, quā verus cum mutuatur, vel cū mutans illud est venditurus. Patet hoc, quia in hoc nihil lucratur ex mutuo, qui mutat, neque qui accipit perdit quicquam iuxta cōmonem in dicto capite naviganti, & capite in eiu. de usuris, quamuis mutuator videret damnum, quod ex corruptione tritici euenire posset, quod iuste velle potest absq; damno mutuatarij, vt recte ait Syluester. s

¶ At licet ista eleganter subnotata sint à Nauarro: sed videtur non carere scrupulo quod ipse hic ait, scilicet quòd potest mutuans plus accipere pro tritico mutuato, quam valebit tempore solutionis si tempore mutuationis plus valebat, quia hoc interest inter venditionem tunc expectata solutione, & inter eiusdem mutuationem (vt prædiximus) quia cum quis mutuat triticum dicendo mutuo, est reddendum si soluarur in pecunia, pretio, quod valet tempore solutionis. At dum venditur expectata solutione, si illud triticum ad tempus maioris pretij non erat asseruandum, reddendum est eius pretium ad valorem, quo valebat tempore traditionis & venditionis, quomodo ergo Nauarrus ait quod mutuans vetus

G 2 triticum,

Syluest. verbo, usura. l. 1. q. 15. Q. 2.

tritium, potest pro eo accipere recens, si recens tantumdem valeat, sicut verus mutationis tempore cum casu accidentis corruptionis futuræ, tempore solutionis mutui minoris esset valiturum, quam recens quod pro se exposcit sibi reddi.

¶ Igitur pro discussione quoque huius dubij dicimus tertio, quod si quis mutat triticum integrum, & vult, ut non præfixit tempus quo sibi soluendum esset, vel si præfixit, liberam mutuario fecit facultatem soluendi annuam sibi libuisset, si tempore quo illud soluit mutuarium magis valeat, citra usuram licet potest illud triticum contractum in valore recipere, quod ex mente Soti diximus supra. Et patet, quia sicut contigit tunc triticum magis valere, potest accidere ut minus valeret, ergo sicut tenebatur mutuator recipere triticum illud etiam diminutum in valore, ita etiam poterit illud recuperare, licet in valore sit adit, quia æquali se obiecit periculo, neque se posuit in tutum.

¶ Quarto dicimus, quod qui mutat frumentum veteris timens eius corruptionem maiorem, quia iam in corruptionem tendit, ut novum sibi reddatur etiam si non ardeat mutuarium ad ante tempus, tale triticum novum soluendum, usura est, quia ratione mutui tritici veteris, imponitur obligationem soluendi in tritico incorrupto, & novo.

¶ Quinto dicimus quod si quis timens corruptionem frumenti veteris, mutat illud extimatum suo pretio, quod valet etiam tempore caritatis annonæ tunc venditum, quod valet tempore mutationis, si ratione caritatis annonæ contingat tunc carius valere, non erit usurarius, si paciscatur, ut tempore solutionis reddatur triticum pro pretio, quod tempore mutationis valebat, ubi ratione penuriam annonæ carius venibat in foro, ut si tempore mutationis triticum mutuarium valebat 12, atque tempore solutionis modius tritici ex abundantia valet 6 tantum, quod tunc duo modij singuli valentes 6, pro vno modio tempore mutationis valente 12, reddantur, illicitum non est hoc assertum est Nauarri & ex eius probatione manet soluta obiectio, quam contra illum obiecit, quia in veritate, in casu, quo frumentum mutuarium pretio, quod valet tempore mutationis, iam extimatum, licet contractus in forma effigiem mutationis repræsentat.

sed in effectu est non mutuario, sed venditio tritici cum
libera solutione pretij, pro quo pretio, scilicet 12. vult
comere triticum sibi que solui mensuram tritici ad pretium
quo valet tempore solutionis, vt si modius valet tunc ad
duo modij, pro vno vendito pro 12. ad creditum red-
dantur. Vnde quia quando triticum iam extimatum pre-
tio, quo venditur tempore mutationis mutuatur, in effe-
ctu venditio est, naturamque venditionis secundum ius
videtur sortiri, ideo probe concessit Nauarrus, quod sic ex-
timatum mutuans triticum, potest pro eo recipere triti-
cum tempore solutionis tantundem valens, scilicet men-
suras etiam plures æquivalentes vni tantum mutuata.

Qd. 3.

Ad hunc quoque locum pertinet illa quæstio an sit
usurarius, qui anticipata pecunia emit piscatum viliori
pretio, quam in publica auctione solet vendi. Contra-
ctus est passim contingens in partibus maritimis, maxi-
me in regio Gallicia, vt ait frater Iosephus in suis flori-
bas, nam Gallicia, mense Ianuarij voce præconis ven-
duntur pisces, mense Nouembris capiendi: dum modò
statim fiat solutio, qua ratione pisces multo vilius vedū-
tur, quia solutio anticipatur, quidam fieri posse affirmant,
quia res sub auctione venditæ vilioris solent emi.

Ignitur respondendum cenfeo ad casum. Primò, quò
est res usuraria, si quia anticipatè soluitur, res vilius ema-
tur, siue priuatim, siue in auctione publica sit vendita, quã
valebit tempore traditionis sic etiã duo de emptione pi-
scari anticipata solutione: dum veditur in auctione, id est
demonstrata usura est: si ideo vilioris ematur, quam tempore
traditionis valiturum sit, si emptor spem suã in tuto po-
nat dicens, dabo pro piscato accipiendo minus, quam in
publica auctione, tempore traditionis valebit, ita frater Io-
sephus, & patet quia sicut venditio carior in publica au-
ctione facta, pecunia credita, habet rationem mutui, vñ-
de proficit usura, ita & vilior emptio facta in auctione
publica, ratione anticipatæ solutionis, habet rationem mu-
tuum, quia perinde est, ac si illud vile pretium anticipatè
solutum mutuasset, pro valore piscari reddendi magis
tempore traditionis valentis. Patet quia auctio publica
naturam contractus non mutat, cum contractus extra ta-
lem auctiorem, etiam esset usurarius. Sicut etiam emens

fructus vinearum, siue segetes sequentis anni, aut pretis vilius, quam extimantur hęc valitura, quia antequam solutio, nisi taxetur pretium verisimiliter tempore traditionis futurū vsurarius est vt prædiximus, nisi forte emptor (quod modo addimus) rogatus, ratione lucris cessatis, si ex tali emptione sibi lucrum cesset, quia in aliis mercimoniis longe maioris lucris destinaret suā præoccupare pecuniam vilius emat, Si tamen in hoc casu ceteræ conditiones ad iustificandum lucrum cessans concurrant.

¶ Tandem dicimus admonitos esse volentes lectores circa hanc materiam mutationis tritici, quod saluberrimū consilium fuerit, vt si aliquis timēs corruptionem frumenti, velit suæ indemnitati consulere, non mutuet illud triticum pro recenti sibi reddendo, sed reducat se ad formam contractus venditionis. Itaque inear contractum venditionis, vbi vendat suum triticum, pretio quo valde præsentis expectata tamē solutione pretij, ex quo postea sibi soluendo pretio, triticum recens, & nouum proficere sibi comparare, ne si mutuet pro nouo, notam infamiam incurrat, & renouero censeatur esse quod nomen male dicit apud Hispanos.

¶ An liceat ad creditum vendere triticum ad pretium pragmatica quando iam ex superuenienti abundantia de presenti foro communi minus valet, addunturque multa vtilia de mutatione tritici.

C A P. LXXVI.

Qō. 1. **L**icet multa dixerimus de vsura adeò lata vndique est hęc materia, vt plura supersint ad eius noticiam attinentia disputanda: ideo in hoc loco nobis occurrat a Metin. quæstio illa, quam incidenter tetigit Metina. * Vtrum sit in s. r. con- vsuraria venditio, quando quis credita pecunia ad pretium f. s. de ven taxæ legalis pragmaticæ vendit triticum quando quæ ditioib. s. abundantia superuenit tritici, foro cōmuni iam minorata 25 f. 140. venditur, & videtur quod non, tum quia æqua debet esse pag. 2. fors emptorum, & venditorum, sed quando erat summa penuria tritici, venditor tritici nequibat suū vendere triticum vltra valorem taxæ, scilicet vltra 14. argenteos quod